

principium ducunt omnes res creatae, & maxime que sunt reparatae, scilicet homines qui per mortem, & sanguinem eius sunt redempti, ac aeterna felicitatis consortes, & haeredes. Ubi nos habemus principium, legit principatum Graecus & est sensus; qui principatum tenet in omnes creaturas; iuxta illud Pauli ad Coloss. 1. n. 15. P. primogenitu omnis creaturae. id est, omni creatura major, ac superior, in omnemque creaturam primatum habens.

Grac Coloss. 1.

QUESTIO XXXIII

Quenam esset haec civitas Laodicea, & quisnam eius Episcopus?

275. Lexicon.

Plinius.

276.

Interpretatio Laodicea.

Deo amabilis ex virtute; vomitus est ipsi ex arrogantia. Rupertus.

277.

Alia interpretatio nominis.

Cum multiplicatur secularis potestas, non multiplicatur virtus. Iesai 9.

Quis autem esset hic Episcopus, dubium est. Aureolus existimat fuisse sanctum Segarem Episcopum Laodiceae, de cuius Martyrio Busebius lib. 5. Historia cap. 24. Quid autem dicere, ait, de Segare Episcopo, & Martyre, qui Laodicea obdormivit. Dicitur Martyrio passum fuisse sub anno Domini 172. quo anno Baronius testatur sub Servilio Paulo praefuisse Asiae pro destruenda, ac prodiganda magna quaestione de Sabbato suborta adversus Christiana dogma a Martyrium pertulisse.

478. Quis Episcopus. Euseb.

Baron.

Lyranus tamen Alcazar, & Percius tenent non fuisse Segarem hunc Episcopum; quis enim dicit, quodque ita reperit, & miser, pauper, caecus, & miserabilis fuerit vir sanctissimus, eximiaeque probitatis; aut cur dabimus, initia tam turpia fini tam glorioso, nisi quis velit dicere hunc Episcopum initio talem fuisse sed monitum a Christo in fine vitae respuisse, sed ad hoc asserendum non est fundamentum.

279. Lyran. Alcazar. Percius. Segaris non erat Episcopus iste.

Verisimile ergo est Segarem non esse, cui scribit Dominus, nec Laodiceae sedisse hoc tempore Nam Apocalypsis scripta est a Joanne circa annum Christi 97. ut dixi q. 5. proemiali. n. 30. Segaris autem Martyrio coronatus est anno Domini 172. & tunc necesse est fateri in Episcopatu vixisse 75. annis, quod multum temporis est spatium; quia in primitiva Ecclesia non creabantur Episcopi nisi valde senes, & longae aetatis. Obscurum ergo manet, quod fuerit tam tepidus Pastor, & moribus tam obscurus.

280. Confirmatur ex tempore.

Ait Salomon Proverb. 10. n. 7. Nomen impiorum putrefcet; seu ut Chaldaeus legit, exinguetur. Nam ut notat D. Bernard serm. 17 in Cantica, ex putredine nascitur corruptio, ex corruptione totius rei perdit o, ac consumptio. De pessimis hominibus loquens Moyses. Genes. 6. n. 11. ait, Corrupta est terra coram Domino. Cur non dicit; corrupti sunt homines, sed sub nomine terrae eos intelligit, quia depravatum morum sic corruptum nomen, ut non solum faciat perdere nomen personale, sed etiam nomen naturae, D. Chryostom. homil. 24. Quia peccatum facit, ait, ut homines suo nomine vocari non sint digni.

281. Prov. 10. Peccator sine nomine. D. Bernard. Chald. Genes.

D. Chryl.

Deinde iste Episcopus erat valde deses, ut nec esset frigidus, nec calidus, & ideo indignus nomine. Tres filii Saülis propriis suis nominibus referuntur in Scriptura, sic dicitur 1. Reg. 14. n. 49. Fuerunt autem filii Saül, Jonathan, & Jesui, & Melchisua. Ubi non solum filii, sed etiam filiae, ac duces suis propriis nominibus scribuntur; Isobeth tamen cum esset filius Saülis, silentio tegitur, & minime exprimitur. Cui difficultati responderet Lyranus, Non nominatur Isobeth propter defectum magnanimitatis, quia fuit pusillanimitis, & ineptus ad praelium. Atque idem habet 1. Reg. 31. n. 2 ubi iterum alii filii Saülis nominantur, & solus Isobeth praeteritur; & minime exprimitur: ubi sic ait Lyranus quia non erat multum aptus ad regnum. Si ineptus ad regimen temporale non nominatur, quanto magis ineptus ad spirituale, ac Ecclesiasticum sine nomine praeteritur.

282. Pusillanimitis, & imptus ad regimen sine nomine. 1. Reg. 14.

Lyran.

1. Reg. 31.

Lyranus.

QUESTIO XXXIV.

Quare post Epistolam Philadelphi scribitur ad Episcopum Laodicea hoc exordio? Haec dicit Amen.

283.

Ex malitia unius viri alterius magis elucet. D. Bern.

284. Vox hac Amen ex-penditur.

Iesai. 65. Septuag. Hebraic.

In hac invariabilis.

Post commendatum Episcopum Philadelphiam de sua humilitate, quia existimabat se modicum habere virtutem, post eius laudatam constantiam in confessione nominis Domini, post ejus patientiam in multis laboribus illustrem, statim adjungitur Episcopus Laodiceae, qui multis defectibus laborabat; quomodo hi tam diversis moribus connectuntur; quae enim conventio Christi ad Beliam? Ideo uterque ita immediate unitor, ut sancti as unius juxta pravitate alterius magis elucet, & appareat. D. Bernard Senens. Commendata humilitate, ait, & disciplina Episcopi Philadelphiam: hic reprehenditur tepiditas, & presumpcio Episcopi Laodicea, ut ex comparatione illius, appareat turpitudine alterius; opposita enim juxta se postea magis illucescunt.

Haec Epistola ad Laodicensem habet pro exordio; Haec dicit Amen. Circa hanc vocem Amen multa jam notavi variis in locis praecipue tom. 2. in Evang. cap. 1. q. 11. In praesenti vox Amen, ut jam dixi in Expositione, non est adverbium, ut aliqui volunt sed est nomen, & proprium Christi D. Hae dictio Amen, seu ille, qui est Amen, id est, stabilis, verus & constans, ac fidelis in omnibus, seu ipsa stabilitas, veritas ac fidelitas, eodemque modo Deus vocatur Amen Iesai. 65. n. 16. Qui benedictus est super terram, benedica ut in Deo Amen. Septuaginta in Deo vero; Hebraicus in Deo veritas. Pergit Iesaias citato loco, Qui jurat in terra juravit in Deo Amen, id est, in Deo vero. Similiter Iesai. 25. n. 10. Cogitatione Dei fideles Amen id est, cogitationes, quae sunt Dei verissimae, ac firmissimae; seu sunt ipsa veritas, ac firmitas: quod dicitur de Christo, tam prout Deus est, quam prout homo.

Nota, quod quamvis Scriptura ex Hebraeo, ac Graeco translata sit, tamen vox Amen, quae Dei veritatem significat, semper in suo primo idiomate permansit, quia tam firma constans, ac invariabilis est Dei veritas, ut etiam in voce ipsam significante reperatur firmitas, constantia, ac invariabilitas.

QUESTIO XXXV.

Quare Christus in hac Epistola ad Episcopum Laodicensem se vocat Amen, testem fidelem, & verum; non vero in aliis Epistolis ad alios Episcopos?

Quaestio tamen nota est, cur Christus in hac Epistola se vocat Amen, testem fidelem, & verum, & non in aliis Epistolis ad alios

Episcopos Primò dicunt aliqui, quia hic Episcopus dubitabat de Christi promissis, ideoque in teporem incidere, quem hic redarguit Christus cumque ad fervorem multis promissis excitat, ideoque ante omnia ei proponit suam veritatem ac fidelitatem; tamen incertum est, quod hic Episcopus dubitaverit de Christi promissis.

287.

Ferrarius ait, quod hoc dicitur in hac ultima Epistola, tanquam ultima forma, & clausula omnium Epistolatum, & quod Christus in omnibus loquitur ut verus, & testis fidelis; sed hoc non evacuat difficultatem, quia in proemio uniuscujusque Epistolae Christus aliquod peculiare dicit ad quemlibet Episcopum; ergo etiam ad hunc Episcopum Laodicensem.

Tertio, Alcazar, & Cornelius dicunt, quod promittit Christus asseverationem suae fidelitatis, & veritatis; quia huic Episcopo dicturus est quaedam, quae minus verisimilia videntur, ut quod praeter frigidum esse, quam tepidum: quod Episcopus hic miser sit & miserabilis; tamen tali poenitenti multum ingentia promittit, scilicet coenaturum se cum eo ipsumque collocaturum in throno suo: Esti haec ratio sit probabilis, aliquid tamen illi est addendum; ut dicam infra in hac quaestione, & modo ad rationes morales.

288. Alcazar. Corn.

Quarto, Richard. Victor. Quoniam iste Episcopus, ait, a se ipso justitiam, quae vacuus erat, habere existimabat; & se divitibus, & locupletatione sanctitatis apud alios magnificabat; rellé Christus, a quo de his omnibus arguitur, scilicet Episcopus; fidelis, & verus in principio sermonis illi praescribitur, qui non possit mentiri, & principium esse creaturae denuntiatur, convenienter sine qua justitia non possit haberi, ut dum fidelem, & principium boni increpantem audierit, ad se ipsum citius redeat. De torpore, arrogantia, ac penuria virtutum arguitur Episcopus, & tunc Dominus non se dicit judicem severum, sed Amen, testem verum, & fidelem, volens cum ad meliorem frugem reducere ac ad poenitentiam provocare, non metu judicii, sed confessione suae propriae culpae, dum se audit a teste vero & fideli, intime omnia agnoscenti argui. Vir nobilis magis movetur, ac attrahitur confessione ac erubescencia culpae, quam metu conjugumque judicii, ac poenae.

289. Richard.

Quinto Richardus citatus, Haec dicit fidelis, & verus, qui in eo quod vere fidelis est nulla celandi celat; & in eo quod est verus, falsa non dicenda nunquam pronunciat. Qualis, ac quantum sit qui loquitur, in ipso sermonis exordio declarat, quod nempe fidelis, & verus, & cur haec duo epitheta sibi appropriat, dum Episcopum arguit, quia ut fidelis amicus, quae aperienda sunt, detegit, & nihil adulatione obtegit, & tunc cum sic eum admonet, verum, & fidelem ejus amicum se declarat.

Erubescencia propria culpa magis movet animum, quam judicii timor.

290. Richard.

Sexto, Joachimus Abbas, Licet Pater, ait, sit ipsa veritas, propterea tamen nomen hoc, veritas, specialiter ascribitur filio, quia filius Verbum Patris est, & verbo probatur esse verax, qui verbo promittitur, siquidem verbum verum est, & fidelis promissio. Se dicit Christus Amen nominaliter, id est veritas, & cur Christus anonomastice se dicit veritatem, nam cum veritas sit perfectio simpliciter simplex, communis est toti Trinitati, & Pater essentialiter est veritas; & Spiritus

291. Joachim.

Veritas maximè compo- sita Verbo.

Spiritus sanctus essentialiter est veritas: tamen per approbationem filio, qui est Verbum Dei, competit, ut dicatur veritas; nam tam intrinseca est veritas Verbo, sive dum loquitur, sive dum pronuntiat, quod antonomastice, & peculiariter Verbo competit, ut sit, ac dicatur veritas.

29. Rupertus.

Septimo, Rupertus Abbas, Quod perinet, ait, talis descriptio: eo, videlicet, ut quisque bonorum sibi conscius operum, velut iste Laodicea Angelus, sciat, & recogitet, quod non sibi opus sit iustificari ante tempus de se ipso, quod ad hoc iustificari non potest, sed ad illum, qui & testis, & iudex omnium est constitutus, & in tempore suo est revelandus, illi relinquendum esse scire honorum actuum omne testimonium, & iudicium; & de malis tantum iustificetur contra se, & accuset se ipsam. In proemio huius Epistolae ait Christus de se, se esse Amen, scilicet, verum seu veritatem, & talem fidelem ac verum; nam hic Episcopus inquit, ac falso multum de se praesumebat, quod locupletatus, ac dives, nullus egens, cum revera existeret miser, ac miserabilis n. 17. Ideo Christus ut eum distanderet a sua opinione, ac affirmatione, quam de se faciebat, dicens, quod esset miser, ac miserabilis, non solum de se affirmat esse testem fidelem, & verum, sed etiam Amen, ipsam nempe veritatem; tantum requiritur, ut ipse valeat deponere opinionem de se semel conceptam, inde arguens ei proponatur, non solum tanquam testis fidelis, & verus, sed etiam ipsa veritas, ut multipliciter veritas dicatur, ac affirmetur.

Multum ne cessatum ut homo assuetus ab opinione, quam de se concepit.

293. Rupertus.

Octavo, Ad eadem verba Rupertus, Et illi relinquendum esse si aliorum actuum omne testimonium. Hic Episcopus se iactabat, quod esset dives locupletatus & nullus egens; & tamen testis verus, & fidelis de eo asseverat, quod sit miser, miserabilis, pauper & cecus: ut inde deprehendatur, quam fallax sit humanum iudicium in causa propria; & idem nullus de suis bonis operibus proferat testimonium, sed hoc tantum re inquit divino iudicio, & solum sui fit accusator, tuos defectus agnoscens. Et illi relinquendum esse scire bonorum actuum omne testimonium, & iudicium, & de malis tantum iustificetur contra se, & accuset se ipsum.

294. Alb. Magn.

Nono, Albertus Magnus, Multis, ait, erat reprehensibilis hic Episcopus, debeat reprehendi ab Angelo, qui gerebat personam Christi, qui est veritas, & ideo non arguit eam nisi de veris. Cum Christus accedit ad increpandum Episcopum Laodicea, hac Epistola sibi assumit, hac dicit Amen, id est veritas, testis fidelis & verus. Et cur non nominatur sicut in ceteris Epistolis ad alios Episcopos? Hac dicit, qui habet septem stellas, vel qui habet septem Spiritus, vel qui habet romphaeam ex utroque parte acuiam, sed potius sic inscribitur, hoc dicit Amen, testis fidelis & verus. Cur talia nomina hic potius sibi assumit, quam in aliis Epistolis? Arguendum erat hic Episcopus de mendacio, quod cum esset pauper, miser, & miserabilis, se iactabat divitem, locupletem, ac nullius indigentem. Ecce cur ille, qui eum agnitus erat dicitur, Amen scilicet veritas, & testis & verus. Ut cunctis esset apertum quod ille, qui alios reprehensus est, omnino immunis sit ab eo, de quo alios increpat? si de mendacio alios arguit, ita sit verax,

Qui de mendacio arguit, unde verus existat & dicatur.

ut si fieri possit, ipsamet veritas dicatur, & ita sic alienus a mendacio, ut multis nominibus explicetur, ut dicatur veritas, fidelis, verus.

295.

Decimo, & genuine ad literam, in hac Epistola tantum hoc sumit sibi Episcopus Christus D. Amen, seu veritas, testis fidelis, verus, & non in aliis ad alios Episcopos, nam in aliis sic Episcopos arguebat, ut eorum aliquas commendationes apponeret, quibus illorum animos demulcebat; Ad increpationem Ephesino antequam objiceret, nam primam charitatem reliquisti, cap. 2. n. 4. ei ait, Scio laborem tuum, & quia non potes sustinere me nec vestes tuas, & quia non potes sustinere me nec vestes tuas, Pergami Episcopo antequam dicat habes tenentes doctrinam Balaam: eum maxime extollit: Tines nomen meum, & non negasti fidem meam, Et sic in reliquis, et in hac Epistola ad Laodicea Episcopum, nil laudis illius dicitur, sed tota plena est, dura, & aspera redargutione, quod ipse miser, miserabilis, pauper, & cecus sit: & ut ipse tam acerrimam sui reprehensionem, ac increpationem libenter auscultaret, ac audiret, convenientissimum fuit, ut in arguente magnum demonstraretur geminatis vocibus veritatis argumentum, ut diceretur Amen, seu veritas verus & fidelis.

Qui aliorum crimina arguit, maxime nec esse est, ut verus comprobetur.

296.

Postquam legati Judaeorum audierunt a Ioanne, quod nec erat Messias nec Elias, nec Propheta, ab eo quaerunt quidnam esset; quibus ipse ait, Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dicit Isaias Propheta, an. 1. n. 23. Nonne fat erat, quod Ioannes de se diceret, quod erat vox ut ei fides adhiberetur, cum eius sanctitas clara esset cum tanta vita austeritate, ad quid ultra adducit testimonium Isai. 40. n. 3. Ad hoc Ioanni daretur fides nonne fat erat eius testimonium, ad quid ultra vaticinium Isai. 40. n. 3. Ioannes datus est a Deo Doctor, & praedicator, ut omnem populum argueret; nam principes, & magnates genimina viperarum appellabat, Matth. 23. n. 7. Publicanos ne ultra quaerent, quam id quod erat eis constitutum, Luc. 11. n. 13. Milites ne alicui inferrent calumiam, & rapinam, Ibid. n. 4. Regem vero Herodem arguebat, ut dimitteret fratris uxorem, Marc. 6. n. 19. & qui tam severe aliorum crimina increpabat, ac obijugabat maxime eius auctori as fuit declaranda, multoque testimonio eius veritas comprobanda, ne quis reprehensionem exasperatus de eius veritate dubitaret, vel contra eam aliquid dicere auderet. Albertus Magnus dicit: Isaias, Propheta, ait, ecce confirmatio responsionis, ne pateretur calumniam ab insidiariis.

Ioan. 1.

Isai. 40.

Marth. 3. Luc. 3.

Marc. 6.

Qui aliorum crimina arguit, maxime nec esse est, ut verus comprobetur.

Alb. Magn.

297.

Mandat deus Isai, ut assumat sibi librum grandem, & scribat in eo stylo hominis; & ad hanc Scripturam ait ipse Propheta cap. 8. n. 2. Adhibet mihi testes fideles, Priam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiae. E. finis totius Scripturae ad hoc tenebat. Pro eo, quod abiicit populus iste aquas Siloe, quae vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliae; propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas Regem Assyriorum, &c. Ibid. n. 6. & 7. Qui populus reliquit, quas Siloe quae defluebant de radicibus montis Zion, id est quia populus reliquit Dei legem, & transiit ad idola Rasin, ut multi explicant, idem Dominus adducet super eos Assyrios in magnam devastationem vel ut interpretantur N. D. Cyrillus, D. Basil. Euseb. 1. 7. Demonstr. cap. 2. quia

D. Cyr. D. Basil. Euseb.

Rupertus, Ribeira, Alcazar, 300. Apoc. 1. Cornelius, & alii.

quia populus reliquit Christum D. qui est fons aquae salientis in vitam aeternam, & invocavit Rasin, id est Caesarem, idem Dominus adducet super eos Titum, & Ve pasianum Romanos ad perditionem & ad haec pronuntianda Propheeta convocat testes; majora, & excellentia ipse nobis proposuit sine testibus, quod nempe, vidisset Dominum in folio excelso, & Seraphim stabant super illud clamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Isai. c. 6. n. 5. Per quod communiter intelligitur mysterium Trinitatis, Virginis partum testificatur. Ecce virgo concipiet, cap. 7. num. 14. Mortem & Passionem Christi vaticinatur; & nostram redemptionem, per eum cuius liore sanati sumus, c. 5. n. 6. Et tamen tot & tanta sine testibus pronuntiat, ac modò, quando peccata populi narrat, eorumque supplicia praedicat, testes adducit, adeo difficulter movetur homo, ut sua maleficia credat, & agnoscat poenas, quas pro eis meretur, ut eximius propheta, qui ad tam alta mysteria proponenda, sufficiens extitit Praedicator; nunc ad arguenda populi peccata fideles testes adhibet. ne quis de eius veritate aliquantulum dubitet, ut ait D. Thom. Testes fideles, nam in ore duorum, vel trium stat omne verbum, ut dicitur Deut. 19.

Isai. 6.

Isai. 7.

Isai. 53.

D. Thom.

QUESTIO XXXVI.

Quare in exordio huius Epistola in persona Christi dicitur huic Episcopo, quod ipse sit principium creaturae Dei

298.

In exordio huius Epistolae hoc Epistolum, ut ultimum praefigitur, in quo Christus de se testatur, quod ipse sit principium omnis creaturae Dei, quod scilicet, ipse sit causa efficiens, & exemplaris rerum creaturarum, quod debet intelligi de Christo qua Deus, & qua homo est. Qui Deus est principium efficiens, & exemplare creaturarum omnium, dicente Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et etiam qua homo principium efficiens morale novi hominis, & novae creaturae quae reparata, & redempta est per suam mortem.

Joan. 1.

299.

Et notanter dicitur principium creaturae Dei. Nunquid est aliqua creatura, quae non sit a Deo auctore? minime. Cur ergo dicitur creaturae Dei? quia valde frequenter in Scriptura mine creaturae intelligitur homo, qui est omnis creatura, & quia hic non intelligitur homo; qualis est natura sua creatus vel post lapsum, sed qualis est renovatus per gratiam Christi, ideo dicitur nova creatura, novus homo, & creatura Dei, ut hic nempe Dei gratia reparata. 2. Cor. 5. n. 17. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Galat. 6. n. 15. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, sed nova creatura. Ita etiam non accipitur creatura Dei, & Christus dicitur principium creaturae Dei, & specialis factura eius, creata in gratia per eius sanguinem, ad Ephes. 2. n. 10. Ipsius enim factura, creati in Christo Jesu in bonis operibus, & in hoc sensu dicitur ab Isai. 9. n. 6. Pater futuris saeculi. Fideles enim per Baptismum, & Penitentiam renouantur, ac rege-

2. Cor. 5.

Galat. 6.

Ephes. 2.

Isai. 9.

nerantur in novam Dei creaturam, ac in novum saeculum. Ita Rupertus, Ribeira, Alcazar, Cornelius, & alii.

Qui etiam addunt alludi hic ad illud quod dicitur Apoc. 1. Principium, & finis. Omittitur verò hic finis, quia hic Episcopus non erat affectus finem, seu perfectionem novae creaturae, ut ipse putabat, & vix initium talis perfectionis ad suum temporem obtinebat. Ubi nos habemus principium. Graece legitur, principatus, quia Christus in omne creaturas retinet principatum.

Græc.

Quaestio tamen principaliter inquit quare Christus in exordio huius Epistolae de se testatur quod sit Principium creaturae Dei ad quod recte responderet Richardus. Haec dicit, ait qui est principium creaturae Dei sine quo, sicut non potes habere originem existentiam, sic non potes sine ipso, habere nec initium iustitiae: quia ergo est bonum ab ipso fieri, quod non est simpliciter depositum. Idem Rupertus similiter habet Rupertus. Iste Episcopus Laodiceus multum de suis viribus confidebat, ex quibus se existimabat divitem, locupletem, cum esset miser & miserabilis. Unde Christus dicitur erat illi, sicut tibi emere a me aurum ignium, & probatum, ut locuples fias. Ut dicat ergo in Christo sperare, & ad eum confugere, ut fiat nova Dei creatura, ideo illi testatur, quod ipse sit principium creaturae Dei, quod idem est, ac si illi diceret se esse auctorem totius sanctitatis, ac reparationis nostrae, ac novitatis in gratia.

301.

Richardus. Non ex nobis, sed ex Deo venit iustitia in nobis.

Rupertus. Non ex nobis, sed ex Deo venit iustitia in nobis.

302.

Norandum tamen, quod in exordio Epistolae dicitur: Haec dicit Amen testis verus, & fidelis, principium creaturae Dei seu principatus creaturae Dei. Saepè diximus Amen, significare veritatem. Cur ergo prius est sermo de veritate quam de principatu? quia in principe debet praesupponi veritas, tanquam fundamentum suae dignitati: ecce cur haec duo immediate conjunguntur verus, & principium creaturae Dei, quia inseparabiliter uniri debent veritas, & principium, id est Princeps aliis dominans omnino debet esse veridicus, ut nihil aliud habeat in corde, nisi ipsam veritatem.

Principem maxime deceat veritas.

In ipso praeclarissimo ornatu Pontificis Aaronis mandavit Deus Moyli. Pones autem in rationali iuacis doctrinam, & veritatem, quae erunt in pectore Aaron, Exod. 28. n. 3. Chal. legit ultima verba, quae erunt super cor Aaron. Cur potius tamen in indumento Summi Sacerdotis praecipitur veritatem describi, quam in aliorum inferiorum Sacerdotum vestibus? Nonne veritatem dicere decet omnes; Ita quidem, sed praecipue hoc spectat ad Antistitem, & Principem. Mmert. sic extollit Julianum in Grat. actis. Mira est in Principe nostro mentis, linguaque concordia, non modo humilis, & parvi animi, sed servile vitium scit esse mendacium. Et nota, quod Sacerdos non in quacumque sui corporis parte fert veritatem, sed tantum in pectore, ac corde insculptam habet, quia omnia ab eo debent in vero, ac sincero animo procedere; Cardinalis Hugo in c. 2. Epistol. ad Rom. ad illa verba habentem formam scientiae, veritatis. Rationale iudicium, & significat auctoritatem, sive officium docendi, debet enim habere doctrinam, & veritatem vite, & hoc in pectore, & non tantum in labris doctrinam, nec tantum in superficie veritatem.

303.

Exod. 28. Chald.

Veritas propria Principis.

Hugo.

Veritas a Principe retinetur in corde.

Docet